

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Dominica II post octava pentecosten: Lesung aus dem Evangelium nach
Lucas

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

ductus est. Quid abra-
hae sinus. nisi secretam
requiem significat pa-
tris. De qua ueritas di-
cit. Multi ueniunt ab
oriēte & occidentē. &
recumbent cum abraham
& isaac. & iacob in regno
caelorum. Filii autem
regni eicientur in tene-
bras exteriores. Qui enī
purpura indutus dicit.
recte regni filius uocatur.
Quid elonginquo ad uiden-
dum lazarus oculos le-
uat. quia dum per dam-
nationis suae supplicia
infideles inimo sunt. fi-
deles quosque ante diem
extremi iudicii. super se
in requie attendunt. quo-
rum post gaudia contem-
plari nullatenus possunt.
Longe uero est quod con-
spiciunt. quia illuc per
meritum non attingunt.
In lingua autem ampli-
us ardere ostenditur.

76
cum dicit. Mitte laza-
rum ut intingat ex-
tremum digiti sui in
aqua & refrigeret lin-
guam meam. quia cru-
cior in hac flamma.
Infidelis populus uerba
legis in ore tenuit. quae
opere seruare contem-
psit. Ibi ergo amplius
ardebat. ubi se ostendit
scire. quod facere noluit.
Qua ppter bene dedoctis
& negligentibus per sa-
lomōnem dicitur. Omnis
labor hominis in ore eius.
sed anima illius non imple-
bitur. Quia quisquis hoc
solummodo laborat. ut
sciat quid loqui debeat.
ab ipsa refectione suae
scientiae mente uacua ie-
iunat. **DOMINICA II.**
POST OCTAUA PENT.
LEC. SCL. EU. SEC. LUCAM.
In illo tempore. **D**ixit
ihs discipulis suis simi-
litudinem hanc. **H**omo

quidam fecit caenam
magnam & uocauit
multos. Et misit seruum
suum hora caenae dice
re inuitatis ut uenirent
quia iam parata sunt
omnia. & reliqua

OMELIA BEATI

GREGORII

PP OE EA

LĒC.

oc distare
fr̄s carissi
mi inter **xl.**
delicias cor
poris & cor

dis solet. quod corpora
les deliciae cum non ha
bentur graue in se desi
derium accendunt. Cū
uero habitae aceduntur.
comedentem p̄tinus in
fastidium per sacietatē
uestunt. At contra spi
ritales deliciae cum non
habentur in fastidio sunt.
cum uero habentur. inde
siderio. Tantoque a come

dente amplius esuri
untur. quanto & ab
esuriēte amplius co
meduntur. In illis ap
petitus placet. experi
entia displicet. In istis
appetitus uilis est. expe
riētia magis placet.
In illis appetitus satim
tatem. saturitas fastidi
um generat. In istis autē
appetitus saturitatem.
saturitas appetitum pa
rit. Augent enim spiri
tales deliciae desiderium
in mente dum faciant.
quia quanto magis earū
sapor percipitur. eo an
plius cognoscitur. quod
aut diuis ametur. Et id
circo non habitae ama
ri non possunt. quia
earum sapor ignoratur.
Quis enim amare ualeat
quod ignorat. pro in
de psalmista nos admo
net dicens. Gustate &
uideate quō suauis est